Fragmentarium

inimicos meos ut decidant ipsi
a cogitationibus suis inimicis ps
Iherusalem. Euouae ant Per-
fecisti domine laudem sancti tui
nominis ex ore martyris christo-
fori ut eius destrueres inimici
defensorem ydolorum ps Domine
℣ Gloria et honore
Domine dominus noster Euouae Lectio quarta

Alia autem die iussit rex
venire sanctum christoforum: di-
cens ad eum. Iam sacrificia
diis meis: ut non per multa tor-
menta intereas. Sanctus christo-
forus respondit. Ego fidem me-
am numquam violabo quam
in baptismo meo percepi. Ligat-
[u]s vir sanctus ad lignum
[a]nte palatium: et secundum iussum
[r]egis adducti sunt milites
[q]ui sagittando eum interficerent.
[d]ixit quoque rex. Videamus si deus
[tuus] potens est venire et libe-
[rare e]um de manibus meis.
[Sagi]ttaverunt ergo milites
[a] prima usque ad horam
[nonam] et putabat rex
[...]essent in[...]

Post occasum autem solis ius-
sit eum rex dimitti ligatum:
sicque custodiri ne a christianis
nocte raperetur: multi enim ex-
pectabant eripere eum.
Tu autem
R. e. s. p. onsorium
Triumphator divinus
christoforus gravissimis suppliciis
maceratus sic regem alloquitur
rex stulte cognosce [...] te quia pro
hac temporali pe[...]na vita michi et
gloria confer[...]tur eterna ℣
Iste eternum amaritudines
super mel et ~~favum~~ michi sunt favum dul-
ciores unde et maiora adhuc tormen-
ta si vis [...]les. Quia pro
hac temporali etc. Lectio quinta

Alia vero die dixit ad eum
rex. Ubi est deus tuus? Ve-
niat et liberet te de manibus meis:
et de sagittis istis. Qui ut locutus
est: statim una ex sagittis in
oculum regis ingressa est et exce[...]

License: public_domain – Brugge, Bisschoppelijk Archief Brugge, C516, 10, fol. [1]r – Noted breviary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-ro8z/10709/77688)